

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Laches Platonis, vel, de fortitudine

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

LACHES PLATONIS,
VEL, DE FORTITVDINE.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



LATO sepe numero magistratus optimos legibus anteponit, quod leges absq; illis omnino videantur inutiles: eas enim seruabit nullus: Magistratus autem optimi ipsi sint leges. Sed ait magistratus non posse optimos fieri, nisi tunc viri sint optimi: neq; viros fore tales, nisi adolescentes quoq; pueriq; sint tales.

Nullus sit artifex? Nullo modo videtur, o Socrates. Videtur Critia, me supra non iniuria timuisse, meq; ipsum culpasse, quod nihil magnum & vtile de temperantia saperem? Nunquam n. quod omnium habetur pulcherrimum, hoc nobis apparuisset inutile, si quo pacto ad recte inquirendum ipse vtilis essem. Nunc autem passim succumbimus, neq; inuenire valeamus ad quid potissimum significandum temperantiae nomen instituit ipse nominis autor, quanquam multa concessimus a ratione tamen penitus abhorrentia. Porro scientia scientiam esse conuenimus, reluctante ratione idq; protinus resellente. Quinetiam hac ipsa scientia reliquarum scientiarum opera nosci concessimus, rone similiter repugnante: Ut vir temperans talis esset, ut qua nouit, sciat seipsum nosse, & qua non nouit, ignorare rursus intelligat. Hoc vtiq; magnifice nimium libereq; concessimus, haud aduertentes impossibile esse, ut qua nullo modo quis noscit, noscat quodammodo. In hoc aut nos consensimus, videlicet aliquem ignorantem aliqua, quod non cognoscat ipsa cognoscere: etsi nihil est, ut mea fert opinio, quod hoc videatur absurdum. Veruntamen ita nos ineptos potius quam duos pertinacesq; hac indagatio naeta, nihilo magis veritate inuenire potest: sed usque adeo seipsam irrisit, ut quod iandiu nos comuni consensu consinximus, & temperantiam esse posuimus, hoc tandem inutile quiddam insolenter & contumeliose nimium apparuerit. Tua quidem id causa potius quam mea, o Charmides, egero fero, si tu tam egregia indole ac temperantia animi praeditus, nihil tantae virtute iuueris, nihilq; ipsa in vita tibi prosit. Mollestius quoq; fero incantationis gratia, quam a Thrace illo didici, si in re nullius pretij percipienda tantum studium posui. Hac itaq; sic se habere haud satis credo. Imo ignauum esse me inuestigatoris arbitror, quippe qui temperantiam magnu quoddam bonu existime: quod si habes, te beatum esse. Verum cogita vtrum possideas, & incantatione non egeas. Nam si habeas, tibi equidem consulam, ut me delirum putes, & inuestiganda veritatis impotem, te vero quo es temperantior, eo beatorem. Et Charmides, Nescio per Iouem, inquit, o Socrates vtrum habeam necne. Nam quo pacto illud intelliga, quod vos, ut ait ipse, quid sit inuenire nondum potestis? Equidem tibi non multum credo Socrates. Imo indigere incantatione me arbitror, & quantum ad me attinet, nihil obstat quo minus quotidie mihi incantationibus medearis, quoad ipse satis habere me putes. Esto, inquit Critias: Veru, o Charmides, si sic egeris, argumento istud mihi erit, quod temperatus sis, quia incantationibus Socratis te subicias, nec ab eius latere vnquam discedas. Pariturum me & passim, inquit ille, sectaturum existimato. Nempe grauter peccare, nisi tibi tutori meo parere, & quod iubet exequeris. Tuteo equidem, inquit Critias. Efficiam id sedulo, inquit, hodieq; incipiam. Quidnam hi, inquam, deliberant? Nihil amplius, Charmides inquit. Nempe decretum est. Vim ne inferes in qua: neque mihi vllum vicissim consultandi relinques arbitrium. Vim prorsus inquit illaturu putato, quandoquide hic praecipit. Ad haec tu quoq; quid acturus sis consulta. Nullus inquam restat consultandi locus. na tibi agere aliquid affert cogentiq; nemo resistere poterit. Neq; tu ergo inquit repugna. Haud equidem aduersabor inquam.

Quapropter in omnibus penes dialogis pareres in primis ad recte educandos filios adhortatur, sciens non posse genus humanum absq; gubernatoribus optimis vel honeste viuere, vel feliciter gubernari. Praeterea nunquam fore bonos in repub. principes, nisi viri sint probatissimi, statim videlicet a tenera etate diligenter excolti. Cum aut pueritia plerumq; sub domesticorum prudentia satis ferme regatur, adolescentia vero licentiam naeta solutionem passim absq; frenis oberret, merito Plato noſter plurimum de adolescentibus corrigendis frequentandisq; pertractat, grauterq; conqueritur eam etatem, quae cum mollitie lasciuiaq; petulantiam superbiamq; coniungit, ideoque in summo discrimine posita est, tum a domesticis parum obseruari, tum a legibus, magistratibusq; infeliciter negligi, praesertim cum adolescentes tam se inuicem conuincunt, quam a grandioribus passim inficiantur. Itaq; in legibus & Repub. magistratum inter ceteros propriu adolescentiae praesentit. Qui tanquam, ut ita loquar, episcopus exploratores quotidie tam nocte, quam die per totam mittat urbem, singulos singulorum adolescentum mores, verba, gestus obseruatores, singulaq; eorum tum facta, tum dicta ad magistratum uelut ad patrem fidemq; fideliter delaturos. Nec tamen necessaria adolescentiae diligentia soli ex omnibus Platoni fuit cura. qua quidem in re nec Aristoteles ipse Platonem potuit non summo per se comprobare. Sed ad dialogum veniamus. Lysimachus & Melesias de filijs cogitant educandis, de suis conquesti parentibus, quod publica curiosius pertractantes, domestica filiosq; neglexerint, cum tamen prima reip. cura in curanda iuuentute consistat: & quamuis iam senes, tamen ut rectius ea de re deliberent. Niciu Lachetemq; etiam senes quibus & filij sunt, ad consultandum similiter conuocant, ac ne quid minus prospectum sit, Socratem consilio adhibent, non modo socium, sed & indicem, Socratem inquam nihil aliud in omni eius vita tractantem, quam tum de omni etate, tum maxime de adolescentia rite curanda. Tu vero considerabis interea miras Socratica vitae laudes, item veras esse laudes quae a viro laude digno proficiuntur. At vero quoniam in alijs ciuitatibus institutio legum ad mansuetudinem magis declinat quam ad audaciam, in alijs vero contra, Plato vtrumq; arbitratus periculosum, & mansuetudinem audaciae, & vicissim audaciam mansuetudini iubet in Politico pariter consuevi. Siquis vero Charmidem Lacheti coniunxerit, exhortationemq; tum ibi ad temperantiam, tum hic ad fortitudinem inuicem copulauerit, adolescentum animos rite contemperabit. Mitto quod in hac praesentis dialogi ad fortitudinem exhortatione tam Nicias, quam Laches militarem fortitudinem vltra, quam deceat, admirantur, & Nicias praeter armorum ludos, quasi ad militiam praeludia summo per se necessaria, laudibus supra modum extollit. Sed hunc non iniuria Laches emendat. Post haec sententia transfertur ad Socratem. Vbi animaduerte nullam consonantiam delectare magis, quam quae in sapiente fit ex ipsa animi sermonisq; concordia. Atq; contra nullam dissonantiam magis offendere, quam vbi lingua mensq; dissonant. Deinde hominem perditum, etiam si bellè loquatur, audiendum non esse. Neq; licere de moribus loqui nisi morato. Praeterea Socratem semper consueuisse de quacumq; re disputaretur, disputationis socium eo perducere, ut totius vitae suae redderet rationem: quasi aliena frustra cognoscas, nisi te ipsum noris. Additur necesse in primis esse se ipsum alicui examinanti subicere, cui sepe rationes antea vitae reddantur. Quod quidem confessionem annuam a Christianis institutam valde confirmat. Additur & tandiu discendum, quandiu viuendum. Socrates autem omnium cautissimus iudicium sibi inuenitum ait traducendum in Seniores. Sed interea obsecratus a cunctis rem ipsam aggreditur, ante omnia quidem diligentiam in filijs educandis probans, improbandam negligentiam. Adiungit non posse fieri ut quis ad fortitudinem aliquem adhortetur, nisi sciat quid ipsa fortitudo sit, exprimere. Mox interrogatus Laches quid fortitudo sit, confidentius respondet, esse virtutem per quam quis non deserens or-

dinem, expugnat hostem. Quod quidem ideo confutatur, quia potest aliquis Scytharum more non minus fugiendo quam permanendo hostem vincere, atque eque fortis esse. Ideoque Homerus eum appellat fortem qui opportunè audere scit atque timere. Paulo post ad quamlibet materiam fortitudinis victoria trahitur, quasi fortem virum deceat non modò formidines, verumetiam dolores, libidines, voluptates exuperare. Hinc queritur communis ad hæc omnia fortitudinis definitio. Ad hæc respondet Laches, hanc esse quandam animi tolerantiam. At quoniam minus sufficienter est definitum, Socrates addere cogit, tolerantiam ipsam oportere honestam esse atque conferentem. eiusmodi verò non erit, nisi prudenter id fiat. Ideoque compellit Lachetem dicere, fortitudinem propriè tolerantiam prudentem esse. Siquidem fortitudo pulchrum quiddam est atque bonum. Deinde queritur quænam tolerantia, & ad quid prudens, id est, circa quam materiam, quodue officium. Labitur autem Laches quando generatim interrogatur, utrum ubi audacia maior est, ibidem fortitudo sit maior, idque concedit: rursusque admittit necessario audaciam in eo esse maiorem, qui absque rei ipsius peritia, cognoscens tamen periculum, rem ipsam aggreditur, quam in eo qui peritia incedit instructus. Cautius enim tutusque is agit. Laches denique recipit, ubi plus audaciae minusve peritiae prudentiaque est, fortitudinem esse maiorem. In qua quidem concessione & sibi ipsi repugnat, & admittit falsum. Nam fortitudo quidem pulchrum quiddam est & conferens, audacia verò imprudens est, turpis & noxia. Inter hæc nota tritam Socratis Platonisque sententiam, Ad illa quisque bonus est, ad quæ est sapiens: ad illa malus, ad quæ ignorans. Profecto quemadmodum errores omnes, tum manus in apprehendendo, tum pedis in gradiendo ab ipso videndi defectu procedunt, sic errata hominum omnia tum in eligendo, tum in agendo ex defectu intelligentie proficisci Socrates arbitratur. Nam ubi dux ipse cæcus est vel cæcutiens, omnia labuntur in præceptis. Post Lachetem definit Nicias fortitudinem, metuendarum rerum & non metuendarum scientiam, qua videlicet ratione & quatenus metuenda inuadendaque sunt. Vocat vique fortitudinem habitum quandam cum prudentia circa metuenda & inuadenda constantem. Audaciam verò sine prudentia temerariam vocat ferocitatem. Socrates contra Niciam sic argumentatur, Quorumcumque aliqua scientia est, non alia præteritorum est ut facta sunt, alia præsentium ut sunt, alia futurorum ut optime fieri possunt, sed eiusdem scientia est hæc omnia intelligere. Si ergo fortitudo scientia est audendi & metuendi circa bona atque mala, videlicet ut futura sunt, ninivum est etiam scientia eorum quæ præsentia sunt, atque præterita, omnium ergo simpliciter. Est igitur universa virtus. Nos autem fortitudinem ab initio tanquam virtutis partem aliquam querebamus. Obiectio hæc non tam refellendi, quam tentandi Nicias gratia facta est. At Nicias definitionem suam nesciuit defendere. Socrates autem inter seniores propter modestiam doctorem agere nolens, simulat se definitionem similiter ignorare: hortaturque eos ut una secum virtutum præceptores se bi ante perquirant, quam facultatem erudiendæ iuventutis profiteantur, ostendens in omni ætate moralem disciplinam esse magnopere necessariam, ac sine rubore verecundiæ semper esse discendum. Definitiones verò quas vel hic de fortitudine, vel in Charmide de temperantia querit, non hic, aut ibi, ubi exhortari & admonere duntaxat consilium est, sed in Republica & Legibus absoluuntur. Sed ut de fortitudine simul & temperantia quasi germanis summam dicam, Plato in Phædro, Symposioque vitam hanc nostram itinere cuidam comparat. In quo quidem dirigendo ratio referat aurigam: affectus verò partim superiores, partim inferiores, geminos referant equos, album videlicet atque nigrum. Atque ut quantum ad propositam pertinet questionem, commodius distinguamus: Divinam, inquit, providentiam statuisse nos à turpibus reuocare: ad honesta continuo provocare. Ideoque pudorem magnanimitatemque nobis ingenuisse: ut auriga noster pudore quodam quasi freno, affectus nostros velut equos à turpibus licet suavis cohiberet: magnanimitatis verò calcariibus ad honesta quamvis ardua stimulet. Siquidem malus quidam dæmon ad turpia lenocinans allicit voluptatis: ab honestis amaritudine doloris abstertret. Quamobrem & temperantia pudoris vsa frenis, efficit ut à turpibus inuita voluptate semper abstinemus: & fortitudo magnanimitatis freta calcariibus, dat operam ut ad honesta viriliter contendamus, spreta difficultatis dolorisque formidine. Et quanto difficilius est dolores superare, quum à voluptatibus abstinere: tanto forsitan alicui videri posset fortitudinem temperantiæ anteponendam. Denique temperantia quidem sicut ne ex homine præcipitemur in bruta: fortitudo verò præter id, ut etiam quodammodo transferamur in deum omnia superantem. Ob hanc præcipue virtutem omnis antiquitas Herculem in deorum retulit numerum: Herculem, inquam, dum terræ

victor cælestes scanderet gradus, ita clamantem: Hec nunc fortis ubi celsa magni Ducit exempli via: cur inertes Terga nudatis? superata tellus Sidera donat.

LYSIMACHVS, MELESIAS,

NICIAS, LACHES, FILII

NICIAE ET LACHETIS,

SOCRATES.



IRVM spectastis armis dimicantem, ô Nicia atque Laches: quam verò ob causam spectare hunc nobiscum vnà ego & Melesias hic vos iussimus, hic quidem minime declarauimus. Nunc autem aperiemus: nam liberè vobiscum loquendum existimamus. Sunt enim nonnulli qui hæc derident: ac si quis eis consultat, suam suam non exprimunt: sed illud quo de consultatur, simul & consultantis mentem tenere se putantes, alia præter ea quæ sentiunt, proferunt. Cum autem vos arbitremur & ad intelligendum sufficere, & quæ cognoscitis simpliciter explicare, socios ad eorum quæ referemus deliberationem asciimus. Est autem quo de aliis sum exorsus, eiusmodi. Hi nobis filij sunt, hic quidem huius filius, auito nomine Thucydides nuncupatus: meus ite alter, aui si militer nomen seruans: nam Aristidem non amamus. Videturque nobis quam diligentissima horum cura suscipienda, neque agendum putamus quod multi solent, qui filios suos cum primum adoluerint pro sua sinunt libidine viuere, imò verò tunc studium diligentius adhibendum. Cum itaque esse vobis filios videamus, indicauimus vos præ cæteris cogitasse, qua ratione educandi sint ut optimi fiant. quod si non multum ad aduertistis, in presentia admonemus vos id negligere non debere, exhortamurque ut vnà nobiscum de filiorum educatione deliberetis. Quam verò ob causam vobis hæc videantur, ô Nicia atque Laches, audire decet, quamuis paulò prolixiora sint, quæ sequuntur. Discumbimus enim vnà eodemque conuiuio ego & Melesias hic, atque hi nobiscum adolescentuli. Unde quemadmodum in principio sermonis significauimus, liberè vobiscum audacterque loqui licet. Sanè verè nostrum multa potest patris sui præclara tunc pace, tum bello gesta narrare, quibus illi vel reip. suæ, vel socij profuerunt, à nobis verò gesta referre nulla possumus. Quare & horum nos pudet, ea quæ damnamus, & patrum negligentiam sæpe culpamus, quod nos postquam adoleuimus, in mollicie quadam & delicijs viuere permiserunt, rebus aliorum interim intenti. Eademque adolescentulis his ostendentes, edicimus, si seipsos neglexerint, nostraque præcepta contempserint, ignobiles eos futuros: si autem curauerint, forte dignos auitis nominibus euasuros. Ipsi verò parituros se nobis respondent. Nobis autem de hoc inuicem consultantibus qua disciplina vel consuetudine potissimum optimi fieri possunt, exposuit quispiam operæ precium esse ut armis dimicare perdiscat, laudauitque istum quem vos modo certantem spectastis, & cõtueri iussit. Optimum itaque fore putauimus, ut & nos ad hoc spectaculum veniremus, & vos vnà conuocaremus, tunc ad spectandum, tum et si vultis de adolescentulorum educatione cõi consilio deliberandum. Hæc sunt quæ conferre vobiscum cupiebamus. Vestra nunc interest, ita

de hac

hac re discenda sit necne consulere, quam de alijs siquam disciplinam vel studium adolescentis laude dignum habebis: tum de consilio quid facturi sis, praedicere. NIC. Sententiam profecto vestram o Lysimache & Melesia probo, & vobiscum vna inuestigare paratus sum, simili terq; aff. Etum hunc Lachem existimo. LAC. Recte putas o Nicia: profecto. n. quod paulo ante referebat Lysimachus de suo & Melesia patre, quam aptissime dictu videtur aduersus illos, & nos, & oes quicunq; ciuita tractant: nam, quod querebatur Lysimachus, illi tam filios quam cetera domestica negligunt. In his itaq; probe Lysimache loqueris. quod aut nos ad consultandum de adolescentum institutione accersis, Socratem aut istum non inuitas, admiror: primo quidem conciuem, deinde in eo crebro, quod vel disciplinam, vel studium iuueniu liberale, quale tu requiris habet, occupatum. LYS. Quid ais Laches? Socrates hic talia vnaquam curauit? LAC. Et maxime quidem Lysimache. NIC. Ego quoq; huius rei non deterior quam Laches testis esse possum. Nuper. n. hospitem ad me deduxit erudienti filij gratia Agathoclis discipulum Damonem, musicae pceptorem, vrbantum quidem virum praeceteris, atq; peritum non in musica solum, sed etiam in ceteris facultatibus, quibus certe dignus sit ut eius disciplinae consuetudiniq; adolescentes eiusmodi committantur. LYS. Haud amplius o Socrates, Niciaq;, et Laches ego atq; aequales mei, iuniores cognoscimus, ut pote qui nos domi ob aetate plurimum continemus. Verum si quid boni o Sophronisci filii conciuui huic tuo consulere potes, consule. Decet. n. nam paternus nobis es amicus. Semper. n. ego ac pater tuus familiares amiciq; fuimus, ac ille vita prius decepsit, quam vlla inter nos similitas exoriretur. Mihi quoq; quodammodo aures adhuc Socratis nomen circūsonat, quod hi pueri domi altercantes inuicem frequenter vsurpant, celebrantq; summopere. quos ego nondum percontatus sum vtrum Socratem Sophronisci filium dicant, an alium. Sed o pueri dicite mihi, hinc Socrates ille, que adeo frequenter commemorare soletis? PVE. Iste proculaubio pater. LYS. Bene quidem per Iunonem o Socrates, quod patre tuum imitando attollis viroru optimu, & quod nobis propria tua erunt, tibiq; nostra. LAC. Ne viru huc dimittas Lysimache: na ego alibi ipm quoq; aduerti, non erga patrem tantum, verum etiam erga patriam miru in modu officiosum. porro in ipsa apud Delium fuga, mecum vna pedem retulit. Idq; ratu habebas velim, quod si ceteri similiter se gessissent, haud tanta perpeffa fuisset ciuitas nostra ruina. LYS. Optima haec laus est o Socrates, qua tibi nunc a viris fide dignis tribuitur, qui in isdem laudandi & ipsi sunt, in quibus te laudant. Scio igitur me tua existimatione letari, tibiq; summa beneuolentia esse deuinctum existimato. Oportet ergo te primum ad nos accedere, domesticosq; ut decet ceterere. Quare posthac, postquam nos inuice agnouimus, ne aliter facias, imo beneuolentia quadam domestica coplectaris & nos & hos iuniores, ut mutua inter nos amicitia vring seruetur. haec sane & tu facies, & nos deinceps iterum in memoriam reuocabimus. Ad id aut quod inquirere cepimus, quid dicis? Nu conducere putatis adolescentibus ut armis pugnare perdiscant? SOC. Conator equidem o Lysimache si quid potero de his consulere, & que postulas omnia facere: verum par esse mihi vi-

detur, ut cum & iunior his, & ad haec imperitior ipse sim, audiu primo quid ipsi sentiant, discamq;, ac si quid praeter illorum sententias habuerim, tunc demum tibi hisq; aperiam. Ac cur non ipse prior o Nicia loqueris? NIC. Nihil prohibet Socrates. Videtur mihi peritia haec passim prodesse iuuenibus, neq; in his immorandum, quibus iuuenes ocium nacti sese dare consueuerunt, sed eam facultatem comparare praestat, per quam habitus corporis robustus acquiritur. Nulla. n. alia exercitatione inferior haec est, aut minus laboriosa. Decet praeterea liberum hominem maxime exercitatio talis & equestris peritia. Nam in eo certamine cuius nos athletae sumus, & in his quorum nobis est certame propositu, hi soli decertant, qui in eiusmodi belli instrumentis se exercent. Conferet quin etiam peritia haec in ipsa pugna, quoties in acie ordineq; certandum. Maxime vero tunc proderit, cum acies dissoluentur, & singulari certamine oportebit vel insequi repugnantem, vel inuadentem repellere. Nunquam sane qui hac facultate instructus est, vni succumbet, forte vero nec et pluribus, imo haec passim exuperabit. Praeterea alterius cuiusdam pclarae disciplinae facultas haec desiderium affert. quilibet. n. cum didicerit armis pugnare, disciplinam circa ordinandas acies, qua statim sequitur, affectabit: haec aut affectus, & circa haec cupiditate gloria inflamatus, ad exercitum pferetur se conferet, ac summam ad oia qua circa haec versantur instituta studiaq; praecleara & cognitu vsuq; digna, sese prima illa ducete conuertet. Adiciemus item quiddam non contemnendum, quod vnuqueng in praelio audentio rem fortio remq; miru in modum hac facultas redderet. Neq; illud insuper reticendum, quauis leuius videri possit, quod & aptio rem ibi virum efficies, vbi maxime aptu promptumq; cōspici oportet. Ibidem certe ob ipsam dexteritate hostibus terribilior apparebit. Mihi itaq; o Lysimache & operaprecium esse videtur, ut haec adolescentes percipiant: & quam ob causam ita putem, exposui. Veruntamen libenter audire, siquid praeter haec Laches velit afferre. LAC. Absurdus profecto sermo existimaretur o Nicia, si quis aliquam disciplinam diceret minime comparanda. Praestare. n. videtur scire omnia. Enimvero facultas haec circa arma, si disciplina qdam est ut ferunt qui eam docent, & talis praeterea qualem Nicias praedicat, discenda est. Sin autem disciplina non est, sed nos decipiunt qui haec pollicentur, vel disciplina est quidem, sed haud multi pcy, quid hanc discere necesse est? Haec ut dicam ex eo fit, quod ut reor si alicuius haec esset pcy, nunquam Lacedaemonios latuisset, quibus nihil aliud cura est in oia vita, quam ita se in omnibus comparare, ut bello ceteros oes exuperent. Quare res si forte illos latet, non tamen latuisset huius rei magistros, quod & Spartani armis summopere studeant, & quod qui propter artem in precio sit, & apud illos, & apud alios pecunias facile cumlaret, sic quemadmodu tragædiarum poeta apud nos honoratus. Nempè qui tragædyis confidit suis, haud foris Atticam oberrat, per vrbes alias ostentans, sed statim huc aduenat, & sua non ab reys viris ostendit. Eos vero qui in armoru exercitatione versantur, video Laedamonem putare quasi quoddam inaccessibile replu, neq; summo etiam pede ascendere vnaquam audere. Imo circūm oberrant, & apud alios se potius iactant, picipue inter illos, qui et ipsi se alijs multis in re militari inferiores esse confitentur.

Pueros discere debere armoru disciplinam.

Deprimuntur rationibus armoru disciplina.

fiterentur. Præterea non paucis à Lysimache generis hu-
 ius hoibus interfui dimicantibus, & quales sint novi.
 Quamquam apud sese vnicuique rem cōiectare licet. Quasi
 enim dedita opera nullus vquam in bello illustris euasit
 eorum qui his ludis incubuerunt. quamuis in ceteris om-
 nibus q̄ proficiant maximè, qui se frequenter exercent, so-
 li tamen hi p̄ter ceteros ad hoc voti impotes sunt, vsque-
 adeò infortunati videntur. Etenim Stefileum hunc, què
 vos mecum tanta in turba sese ostentantem contemplati
 estis, & mira nimium profitentem, alibi quandoq; in spe-
 xi certius reuera seipsum haud spontè intuentibus demon-
 strantem. Naui. n. in qua vehebatur, onerariam quan-
 dam aggrediente, falce cussi data pugnabat, maxima
 quidem, maximus & ipse. Reliqua quidem viri huius
 gesta haud digna auditu sunt, hoc tamen non est silentio
 prætereundū, quid contigerit ex tam miro viri huius ma-
 chinamento qui telo falcem addidit. eo siquidem dimicā-
 te falx se nauis fulcimentis implicuit. Trahebat autem
 Stefileus vt explicaret, neq; poterat: nauis autem trans-
 ibat, interea nauem cursu comitabatur hastam tenens:
 cum verò nauis nauem iam transiret, & is hastam te-
 nens attraheretur, ad extremum teli manu deuenit. Ri-
 sus ergo ac strepitus oneraria in nauis concitus ob Stefilei
 habitum. & ob id insuper quia lapide iuxta pedes eius i-
 tabulatum iacto, quidam coegit vt hastam dimitteret.
 Tunc sanè & illi qui triremi vehebantur haud ulterius
 risum continere potuerunt, cum cuspidatam illam falcē
 nauis suspensam intueretur. Fortè alicuius hæc precij sunt,
 vt Nicias asserit, veruntamen ea quibus interfuit, talia
 fuere. Quamobrem vt iam à principio dixi, siue discipli-
 na hæc est, parum prodest: siue non est, sed simulant qui
 hanc profitentur, haud res studio digna videtur. Ita sa-
 nè arbitror, si quis timidus facultatē hanc sequatur, au-
 daciorè ob hanc effectum, clariorè fore quàm fuerit. Sin-
 autē fortis quispiam eam sectetur, obseruatum ab oibus
 si parum quid aberret, magnas calūnias subiturū. inui-
 diosa nāq; sciētia huius professio, quocirca nisi virtute mi-
 rum in modum ceteris præstet, qui hanc sibi scientiā vin-
 dicat, vitare non poterit quin ridiculus habeatur. Eius-
 modi videtur mihi Lysimache huius disciplina studium.
 Oportet autē vt ab initio dicebam, summopere hunc Socra-
 tem obsecrare, vt circa propositam quæstionem pro sua ipse
 sententia consulat. LYS. Rogo equidem Socrates: Nam
 arbitri cuiusdam sententiam consultatio hæc desiderat: si
 enim hi inuicem conuenissent, minus eiusmodi consulta-
 tione esset opus nunc: postquam verò Laches, vt cernis,
 & Nicias dissident, præstat audire nunc cuius ipse sn̄a
 potius suffrageris. SOC. Quid verò Lysimache? hisce tu
 adharebis, si plures nostrum laudabunt? LYS. Quidnā
 aliud quis agat à Socrates? SOC. Nunquid & tu Mele-
 sia similiter faceres? Ac si de exercitatione filij cōsulta-
 res, num pluribus nostrum fidem præstares, an potius il-
 li qui sub perito exercitandi magistro didicisset, seq̄ exer-
 cisset? MEL. Illi meritò Socrates. SOC. Ipsi itaq; ma-
 iorem fidem adhiberes vni, quàm nobis quattuor. MEL.
 Forsitā. SOC. Scientia. n. nō multitudine iudicare quod
 rectè est iudicandum oportet. MEL. Proculdubio. SOC.
 Nōne id in primis considerandū est, si quis inter nos per-
 itus ea in re sit qua de nunc deliberamus? an non? & si
 quis talis inueniatur, ei credendū sn̄a ceterorū postposi-

Stefileus
gladiator.

ta? Si nullus, alius quidam nobis inuestigandus? An
 exigua quadam de re nunc vos periclitare censeis tu &
 Lysimachus, potius quàm de vestrarum possessionum om-
 nium p̄ciosissima? Filij nāq; bene malèue institutis v-
 niuersa domus paterna eodem modo gubernabitur, quo
 & filij affecti sunt. MEL. Vera loqueris. SOC. Diligen-
 ter igitur huic rei innuigilandum. MEL. Valdè. SOC.
 Quonam igitur pacto quod modò dicebam considerauisse
 mus, si inuenire propositum fuisset quis nostrū sit certado
 maximè artificiosus? Nōne eum perscrutati essemus qui
 & didicit & exercuit? cuiq; videlicet idonei huius rei
 præceptores extiterunt? MEL. Ita equidē arbitror. SOC.
 An non prius etiam quid illud sit, cuius præceptores inda-
 garemus? MEL. Qui isthuc ans? SOC. Sic clarior fortè
 percipies: non videtur inter nos principio constituisse quid
 illud sit de quo quærimus, quis nostrū in eo maximè præ-
 stet, & huius gratia p̄ceptores habuerit, quis nō. NIC.
 Nōne quærebamus à Socrates vtrum oporteat discere a-
 dolescentes armis dimicare, necne? SOC. Ita prorsus à
 Nicia. sed cum de oculorum medela quærit aliquis adhi-
 bendūne sit an non, tunc de medela putas an de oculis cō-
 sultari? NIC. De oculis. SOC. Et quando q̄ritur, vtrū
 frenum equo adhibendum necne, & quando, tunc nō de
 freno, sed equo potius consultatur? NIC. Verum. SOC.
 Vt autē paucis comprehendam, quoties quis aliquid alicuius
 gratia quærit, de illo ipso consultatio est, cuius gratia
 aliud quæritur non de eo quod quæritur alterius gratia.
 NIC. Necessè est. SOC. Oportet itaq; consultorem exami-
 nare, vtrum ad eam rem curandam peritus sit, cuius
 gratia in præsentia deliberamus. NIC. Omnino. SOC.
 An non dictum est de disciplina perquiri adolescentum
 animi gratia? NIC. Dictum. SOC. Ergo nū quis no-
 strum curandorum aīorum arte polleat, valeatq; eos suf-
 ficienter excolere, & præceptores eruditos habuerit, in-
 quirendum est? NIC. Nūquāme vidisti à Socrates quos-
 dam sine præceptoribus in re quadam peritiores quàm p̄-
 ceptoribus adhibitis euasisse? SOC. Vidi equidem Laches,
 quibus ipse tamen non crederes, si se optimos artifices p̄di-
 carent, nisi opus aliquod artis illorum rectè constructum
 & vnum & plura monstrauerint. NIC. Verum est quod
 dicis. SOC. Nos itaq; decet à Laches & Nicia postquam
 Lysimachus atq; Melesias ad consultandum de filijs con-
 uocarunt, cupientes optimos illorum animos effici, si p̄-
 ceptores nos habuisse fatemur, eos ostendere qui & ipsi pri-
 mum optimi fuerint, & multorum adolescentum ani-
 mos erudiuerint, postea nos quoque docuerint. Vel si quis
 nostrum præceptorem habuisse neget, opera sua monstrare
 debet, in mediumq; afferre quānam Atheniensium, vel
 hospitum, aut serui, aut liberi, diligentia ipsorum abs-
 que controuersia boni euaserint. Sin autem neutrum osten-
 dere possumus, vt alios consultores adeant, inbere debemus,
 neque in amicorum filijs deprauandū id subire peri-
 culi, quo apud adolescentum domesticos accusationem ma-
 ximam mereamur. Equidem à Lysimache atque Me-
 lesia de me ipso in primis assero, nullum hac de re mihi
 magistrum extitisse, quamquam à tenera ætate semper
 rem hanc affectaui. Veruntamen Sophistis mercedem
 soluere non valeo, qui soli polliciti sunt bonum me & cla-
 rum efficere. Ipse verò proprio ingenio artem hanc inue-
 nire et nūc minimè possum, quā si Nicias hic vel Laches
 inuenit

Quales s̄
ly talibus
mus gub̄er-
natio.

Palabra
gula in
Grypho
rebu in
luc quæ

Granda
la uerba

NIC. Ignor-
nere propinq-
la quoniam
verū adducit
ti, qua antea
videt, non pr-
sufficiter exan-
sam, ac necessa-
peti, ac quod n-
Dilectat me ad

inuenit vel didicit, haud equidem admirabor. Etenim pecunijs magis abundant, ut ab alijs discere queant: & seniores sunt, ut iam inuenire potuerint. Videntur autem mihi ad erudiendum sufficere. neq. n. tam intrepide de studijs inueni commodis aut incommodis statuissent, nisi putassent satis sibi nota. Ac cetera equidem his credo. quod verò dissentiant admiratus sum. Atqui quemadmodum nuper Laches iubebat, ne me dimitteres, sed percontareris, ita nunc ego vicissim te rogo iubeoq. Lysimache, ne Lachetem Niciamq. dimittas, sed ab his scisciteris, dicens eis Socratem dixisse, rem se nec intelligere, neq. diiudicare posse. Vt vestrum vera loquatur: quippe cum nec inuentor harum rerum ipse fuerit, neq. ab alio docente didicerit. Tu autem Laches ac Nicia dicite utriq. nobis, quem circa iuuenum educationem doctissimis conueneritis, & utrum discentes ab aliquo sciatis hac, an ipsi potius inuentores sitis. Quod si didicistis, quis utriusq. magister? quae alij artis eiusdem professores? Vt si minus vobis ad hac à republica negocijs superest ocy, eos adeamus, persuadeamusq. vel muneribus, vel gratia, vel vrisq. ut & nostrorum & vestrorum filiorum curam suscipiant, ne improbi facti maioribus suis dedecori sint. Sima autem ipsi vos hoc inuenistis, adducite in medium, si quos forte alios diligentia vestra ex prauis bonos clarosq. hoies reddideritis. Enimvero si nunc primum docere incipitis, aduertendum est non Carè quendam mercede conductum, sed & vestros & amicorū filios in discrimen vos ducere: & profecto, ut habet proverbium, In dolio figularia experiri. Dicite itaq. quid ex his adesse & copetere vobis asseritis negatisue? Hac tu ab his sciscitare Lysimache, neq. eos dimittas prius, quam respondeant. LX s. Probè loqui Socrates à Viri & mihi videtur. Si ergò vobis gratū futurum est à Nicia atq. Laches, interrogantibus respondere, ipsi videritis: mihi certè & huic Melesia gratum, si velit is oia quae interrogat Socrates, rone percurrere. Etenim statim à principio dixi idcirco ad consultandū vos adhibitos esse, quòd cogitata vobis hac iam, ut decens est, arbitramur: pferim cum filios habeatis ut nos ea, fermè in aetate iam constitutos, in qua de erudiendo sit cogitandum. Si ergò nihil prohibet, dicite obsecro, vnaq. cum Socrate hoc consideratè, & reddentes, & accipientes inuicem rationem. Rectè nanq. & hoc hic dicebat, de maxima quadam rerum oium nostrarum in praesentia nos deliberare. Videte itaq. utrum sic agendū existimetis. XC. Videris certè mihi Lysimache Socrate ex patre tantum cognoscere, neq. cum eo vnaq. consuetudinem habuisse, nisi forte dū esset puer, patrem secutus aliquando vel in templo, vel alio populari conuentu tibi adhaeserit. Virum aut hunc factū nondum, ut apparet, es allocutus. LX s. Cur à Nicia? XC. Ignorare videris, quòd quicunq. sermone quasi genere propinquat Socrati, illiq. disputans haret, licet de alio quoquam coeperit disputare, cogitur tandem Socratis verbis adductus suae vitæ reddere rone, quae sit praesentis, quae anteactae ipsius vita conditio. Et postquā in hac incidit, non prius eū dimittit Socrates, quam cūctā hac sufficenter examinauerit. Ego aut hoc familiariter vsus sum, ac necessariū esse cognosco huius ex verbis hac perpeti, ac quod nunc mihi hoc subeundum sit non ignoro. Delectat me admodū huius à Lysimache cōsuetudo. Neq.

enim obesse puto ut in memoriam reducat, si quid non rectè vel fecerimus vel faciamus. Imò verò necesse est eū qui hac non refugit, cautiorem in posterum fieri, existimantem secundum illud Solonis tādū descendum, quā diu viuitur, neq. sperandum à senectute mentem nobis datam iri. Mihi itaq. nec insuetum est, nec iniucundū à Socrate hoc examinari. Atqui iam pridem id sciebam, sermonem nobis non de pueris praesente Socrate, sed de nobis ipsis futurum. Quamobrè nihil prohibet, quo minus cum Socrate vicunq. vult ipse, differam. Verum considera quo pacto Laches erga hac affectus sit. LAC. Simpliciter equidem Nicia erga sermones afficior, imò verò si vis dupliciter. Porro verborum studiosus videri cuiquam possem, & aliquando contrā. Nam quoties de virtute vel de sapientia quadam aliquem audio disputātem reuera virum dignumq. sermonibus ipsis, mira quadam afficior voluptate, contemplans dicentem simul ac dicta quā congrua inter se & consona sint. Atq. hic profecto vir musicus esse mihi videtur, harmoniam suauissimam modulatus, non lyram, neq. iocularia quaedam instrumenta, sed vitam reuera contemperans cōcordia verborum & operum, concinentem secundum Doricā vide licet melodiam, non Ionicam, aut Phrygiam, aut Lydiā, sed eam certè quae sola Graeca est harmonia. Talis itaque vir mirificè suis me verbis delectat, facitq. ut verborū auditor esse videar: tanta attentione dicta illius accipio. Quisquis autem agit contrā, meas offendit aures, & quo loqui videtur ornatius, eo magis facit ut videar à sermonibus abhorre. Socratis quidem verba nondum expertus sum, opera certè quādoq. mihi compertum est, hunc praeclaris sermonibus, omniq. libertate loquendi dignum esse. Si ergò & hoc habet, cum eo planè consentio, atque libentissime ab eiusmodi viro examinabor, neque molestum mihi erit ab eo aliquid discere. Atqui & Soloni (isthuc modo adijci patiat) concedo, nempè, à bonis viris duntaxat multa senescens discere volo. Hoc igitur sit mihi concessum, ipsum praepropterea bonum esse, ne forte dum inuitus disco, indocilis esse videar. neque mihi curae est, utrum sit praepropterea iunior, vel nondum opinione hominum clarus, vel aliud tale quid habeat. Tibi igitur praedico Socrates, ut me quomodocunq. vis & doceas, & redarguas, & discas quod ipse nouerim. Sic certè erga te affectus sum ex eo die, quo mecum subijsti discrimen, tuāq. virtutis fecisti periculum, specimen tale praebens, quale exhibere debet quisquis iuste periculum est facturus. Dicas ergò quod lubet, nihil atatem nostram veritus. SOC. Ergò incusare vos non poterimus, quasi minus ad confidendum inuestigandumq. paratos. LX s. Sed nos certè à Socrates. Vnum enius ego te nostrū reputo. Cogita pro me adolescentum gratia, quod ab ijs quaerere nos oporteat, cumq. his differendo consulta: nam mihi quidem multa memoria propter senium exciderunt, ex his quae perquirere statueram: Nec eorum sanè quae audiam, si qui alij sermones interuenerint, memnero satis. Quapropter vos inuicem quae praeposimus, percurrite, ego verò audia, & cum audiuero, vna cum hoc Melesia quicquid statueritis, peragā. SOC. O Nicia atq. Laches, Lysimacho Melesiaq. parendum. Quae igitur supra inuestigare contendimus, videlicet quānam praepropterea nobis disciplina talis extiterint, vel quos alios ipsi nos

Solonis praepropterea ceptum.

Comenda- tio Socratis

ipsi nos meliores fecerimus, forte nihil obesset inter nos ipsos examinare. Verum eiusmodi quadam consideratio eodem recidet, imò perinde erit, ut à principio. Nam si de aliquo quocumq; tandem compertum nobis sit, quòd id præsens alicui melius efficiat cui sit præsens, tum si hoc illi adiuuere possimus, etiam illud ipsum quo de consiliū caperetur, quo quis pacto quàm facilimè sibi acquireret, intelligeremus. Fortè non intelligitis, Verum sic facilius comprehendetis. Si sciremus quòd visus oculis præsens meliores illos facit quibus adest, rursusq; possimus oculis ipsum adhibere, patet quòd etiam quid ipse visus sit, cognosceremus. de quo aliquando consulendum nobis esset, qua ratione quamfacilimè & commodissimè ipsum quis comparet. Si .n. id ipsum nobis ignotum esset quid visus, quid auditus sit, nunquam idonei consultores medicina circa oculos aurè sue essemus, inuestigantes quomodo optimè quis visum auditumq; recuperet. LAC. Vera narras. Socrates. Socrates. Nonne hi nos in presentia, o Laches, elegerunt consultaturos qua ratione virtus animis filiorum suorum adhibita, eos meliores efficiat? LAC. Profectò. Socrates. Nonne igitur constare id oportet, videlicet quid ipsa virtus sit, intelligere? Si enim quid virtus sit, penitus ignoremus, quo pacto consulere cuiquam poterimus, viamq; optimam & facilissimam ad virtutem ostendere? LAC. Nullo modo o Socrates. Socrates. Fatemur ne Laches, quid virtus sit intelligere? LAC. Fatemur certe. Socrates. Si intelligimus, certe quid sit et exprimerè possumus. LAC. Nihil prohibet. Socrates. Haud tamen quid vniuersa sit virtus, statim vir optimè, perquiramus. Maius namq; id opus. Sed de parte primū aliqua videamus, vtrū satis nobis pateat, atq; hunc in modum facilius nobis erit inuestigatio. LAC. Vt cumq; placet, agamus. Socrates. Quam itaq; potissimū virtutis partē eliciemus? an videlicet eā ad quam ipsa armorū disciplina spectare videtur? Videtur aut multis ad fortitudinem, nonne? LAC. Et maxime quidem. Socrates. Primū ergò quid fortitudo sit, o Laches, aperire conemur: deinde inuestigabimus quo pacto ab adolescentibus, quo ad exercitatione & doctrina fieri pot, comparetur. Quapropter annitere quid fortitudo sit, nobis exponere. LAC. Haud dictu difficile istud o Socrates. Certo scitò illum esse fortē, qui ordinē seruans in oppugnandis hostibus instat, nec refugit. Socrates. Bene loqueris Laches. Sed ego forsità cum verbis obscurioribus te rogare, causam dedi ut aliud responderis, quàm quod interrogas ipse senserim. LAC. Qua rōne id ais Socrates? Socrates. Explicabo si potero. Fortis vtiq; is est quē dicis ipse, quicūq; ordinem non deserens aduersus hostes pugnat. LAC. Hunc ipm dico. Socrates. Atqui & ego. Sed nunquid & ille qui non permanens, sed fugiens pugnat? LAC. Quō fugiens? Socrates. Quemadmodū Scythæ dicuntur nō minus fugiendo quàm insequendo pugnare. Vnde & Homerus equos Aeneas laudās ait, celerrimè hinc & illinc persequi atq; fugere: Aeneamq; ipsum similiter ab ipsa metuendi scientia quandoq; laudauit, dixitq; illum esse metuēdi fugiendiq; peritum. LAC. Et rectè quidem o Socrates: nā de curribus loquebarur, tu verò de Scytharum equitibus loqueris. equites sanè illorū sic dimicant: armaturæ aut Græcæ periti, quæadmodum ipse dicebā. Socrates. Præter Lacedæmonios fortasse o Laches. Nēpe Lacedæmonios aiunt in Plateis, cum in scutiferos incidissent, non sustinuisse

primum illorum impetum, neque perstitisse, sed fugisse potius. Postquam verò Persarū soluta sunt acies, se equitum more conuertisse, atque ea pugna victores euasisse. LAC. Vera narras. Socrates. Merito ergò dicebam, ex eo quod ego non pro re interrogassem, factū esse, ut tu quog non rectè responderis. Interrogare .n. volebam, nō solum de ijs qui circa leuem armaturam fortes sunt, sed etiam de equitibus, deq; omnibus simpliciter in quouis belli genere fortibus, neq; in terra duntaxat, sed in maritimis tempestatibus, imò etiam de ijs quicūq; aduersus morbos vel inopiam vel ciuilia negocia fortes sunt. Neq; de his tantum qui aduersus dolores metusue constantes sunt, sed de illis etiam qui contra voluptates concupiscentiasq; pugnare fortiter possunt, siue persistentes, siue etiam tergiversantes. Sunt namq; & in hisce rebus, o Laches, fortes nonnulli. LAC. Et maxime quidem o Socrates. Socrates. Nonne omnes hi fortes sunt? Veruntamen partim circa voluptates, partim circa dolores, partim circa cupiditates, partim circa timores fortitudinem possident: & qui timidi sunt, circa eadem, ut arbitror, timidi. LAC. Sic est omnino. Socrates. Quid sit vtrūq; horum, interrogabā. Rursus itaq; pro viribus exprime quid ipsa fortitudo sit, qua in his omnibus eadem reperitur. Nondum intelligit. LAC. Non satis. Socrates. Dico aut perinde ac si interrogassem, quid est ipsa velocitas, qua currendo citharāque pulsando, & lequendo, & discendo, ceterisq; per multis in rebus nobis adest: quam quidē, ut dictu dignū est, vel in manū, vel pedū, vel oris vocisq;, vel intelligentia motibus possidemus. Nonne & tu similiter dicis? LAC. Profusus. Socrates. Ergò si quis me percōraretur, o Socrates, quid esse dicis istud quo in oibus velocitatem notās & responderē vtiq; vim breui in tempore multa peragentem, tam circa vocem, quàm cursum, ac cetera oia mihi videri. LAC. Rectè. Socrates. Conare igitur & tu Laches, fortitudinē similiter definire, quæ nam ipsa potentia sit in voluptate, doloreq; & oibus quibus conuenire modò dicebamus, eadem fortitudo per singula notāta. LAC. Videtur mihi fortitudo tolerantia quædam animi esse, si quod per omnia fortitudini conuenit, dicendum. Socrates. Dicendum profectò, si nobis ipsi ad interrogata respondeamus. Arbitror aut non quamlibet tolerantiam fortitudinem te putare. Quod hinc sanè conjicio. Hoc ferè cognosco Laches, te pulchrū quiddam fortitudinē esse putare. LAC. Imò certè pulcherrimū. Socrates. Nonne ea tolerantia quæ prudentia comitatur, & pulchra est & bona? LAC. Omnino. Socrates. Ea verò quæ imprudentia, nonne cōtrā dānosa ac noxia? LAC. Nēpe. Socrates. Pulchrūne ipse vocabis quod tale sit, damnosum ac noxium? LAC. Ne fas istud o Socrates. Socrates. Non ergò tolerantia eiusmodi fortitudinem nuncupabis, quandoquidē haud pulchra est, quum tamen fortitudo ipsa sit pulchra. LAC. Vera loqueris. Socrates. Prudens itaq; tolerantia secundum orationem tuam est fortitudo. LAC. Videtur. Socrates. Videamus ergò quæ nam tolerantia, & qua in re prudens, sit fortitudo. nunquid ad omnia tum magna, tum parua? Veluti si quis toleret, dū prudenter argentū erogat, cognoscens ex hoc sumptu se lucraturū, hūncne fortem dices? LAC. Nequaquā. Socrates. An verò si quis medicus, cum filius eius, vel alius cuius pulmonis angustia grauatus, potum dari cibumq; petit, toleret, neq; slectatur? LAC.

Neq;

Hucusque dialogi occasio.

Fortitudinis definitio falsa.

Confutatio

Enumeratio si ut simpliciter de fortitudine quædam

Fortitudinis definitio mala. Confutatio

Neq; illud
Verò in bello
qui praeliter
affatus, &
dum, tum lo
licum pre
tes, quæ
LAC. Imò
pudentur
114. LAC. V
fructu
tem, ma
rū LAC. A
propterea
aliquid qu
Dum quicunq;
tū oportet
oportet sine arte
tomerunt
Socrates. Nihil
dum. Socrates.
tolerantia
duntaxat
tolerantia
Confutatio
Confutatio
Laches impudens
Socrates
Sicut vero mihi
secundū Doria
tam modò cōtra
Et quidē ipse
Verbis aut
verit dissipat
turne tibi pu
quæquam
re cretam
simū? Socrates
bi placet
ne ipse nos
inuestigam
tudo est
randū parat
dā me adu
nominum ere
sentio profect
intelligere
fugerit, at qu
None bonū
re, & sagaci
est profectò
hanc inuitem
Quidni Velim
fuit nū aut
labet, accorte
Socrates. Tu ergo
legatatem solue
Palomus, o Socr
non loquisse. E
clanquand

Neq̄ tolerantiam hanc fortitudinē appellabo. SOC. At
 Verò in bello tolerantem virum promptumq̄ ad pugnam,
 qui prudenter singulis circumspēctis prouideat, et auxilia
 affuturā, & aduersus pauciores, debilioresq̄ sibi pugna
 dum, tum loco cōmodiore uteretur, uirūmne, inquam, ta
 li cum prouidentia et apparatu tolerantem, fortiozem, di
 ces eo, qui in cōtrario quodam exercitu constat ac tolerat?
 LAC. Imò verò hunc qui in contrario Socrates. SOC. Im
 prudentior tamen est huius, quàm illius alterius toleran
 tia. LAC. Vera loqueris. SOC. Ergò & hominem eque
 stri scientia præditum, & in equestri certamine toleran
 tem, minus fortem dices eo, qui expertus huius scientiæ tole
 rat? LAC. Mihi quidē ita uidetur. SOC. Atqui et illū
 præterea qui sciens funda iacere, arcumq̄ intendere, vel
 aliud quoduis toleret, minus fortē. LAC. Omnino. SOC.
 Item quicumq̄, sine arte natandi in puteum descendentes,
 eo in opere tolerare ac persistere audent, vel in alio quouis
 opere sine arte, eos tu fortiores dices ijs qui sunt illarum ar
 tum eruditi? LAC. Quid aliud quis dixerit Socrates?
 SOC. Nihil, si modo ita quis putet. LAC. Puto equi
 dem. SOC. Attamen imprudentius hi pericula subeunt
 tolerantq̄, quàm illi qui arte hac aggrediuntur. LAC. Vi
 dentur. SOC. Nōne supra turpis ac noxia nobis audacia
 tolerantiaq̄ imprudens apparuit? LAC. Maxime. SOC.
 Constabat aut̄ fortitudinem pulchrū aliquid esse. LAC.
 Cōstabat planē. SOC. Nunc rursus concessimus turpē il
 lam imprudentemq̄ tolerantia fortitudinem esse. LAC.
 Sic apparuit. SOC. Rectē ne loqui tibi uideatur? LAC.
 Mihi verò minime per Ionē, ò Socrates. SOC. Non ergò
 secundū Doricam harmoniā, ut uerbis tuis utar, ego ac
 tu modo cōcinnimus: Nā opera nobis uerbis nō consonant.
 Re quidē ipsa dicit aliquis fortitudinis nos esse participes,
 uerbis aut̄ minime, ut arbitror, si nos in præsentia audi
 uerit disputantes. LAC. Verissima narras. SOC. Uide
 turne tibi pulchrū esse, ut sic affecti simus? LAC. Ne
 quaquam. SOC. Vīsne sermoni quē induximus, hoc sal
 tē credamus, pareamusq̄? LAC. Quidnam, & cui potis
 simū? SOC. Sermoni inquam, tolerare iubenti. Si ergò ti
 bi placet, et nos in hac ipsa questione cōstemus toleremusq̄,
 ne ipsa nos fortitudo derideat, quòd minus fortiter ipsam
 inuestigemus, si sæpenumero tolerantia ipsa cōstantiaq̄ for
 titudo est. LAC. Ego quidē, ò Socrates, sum ad perseue
 randū paratus, quāuis insueti mihi sermones sint: sed qui
 dā me aduersus superiora contendendi instigat ardor, ac
 nimium agre fero, si usque adò ineptus sum ad ea qua
 sentio preferenda. Nempē mihi uideor quid fortitudo sit,
 intelligere. Nescio tamen quo pacto paulò antè me subter
 fugerit, ut quid ipsa sit uerbis cōplecti nequiuierim. SOC.
 Nōne bonū Venatorem decet, amice, explorando discurre
 re, & sagaciter insequi, neq̄ ignaue desistere. LAC. De
 cet profecto. SOC. Vīs itaq̄ Niciam istum ad Venationē
 hanc inuitemus, si quo pacto is nobis sit sagacior? LAC.
 Quidni uelim? SOC. Age Nicia amicis tuis sermonum
 fluctu nutantibus subueni, vacillantibusq̄ siquam vim
 habes, accurre. Cernis quātum nostra deficient ac dubia
 sint. Tu ergò explicans quid esse fortitudinem putes, am
 biguitatem solue, tuamq̄ sententiam rōne cōfirma. NIC.
 Videmini, ò Socrates, mihi iandiu non rectē fortitudi
 nem definiisse. Eius porrò sūta, quam rectē abs te indu
 ctam quandoq̄ audui, nullā facitis mentionem. SOC.

Cuiusnam sententia Nicia? NIC. Sæpenumero ex te audi
 ui, quēlibet ad ea idoneū esse, in quibus sapit: in idoneū,
 in quibus est indoctus. SOC. Vera per Ionē refers, ò Ni
 cia. NIC. Nōne igitur si fortis uir bonus est, est & sa
 piēs? SOC. Audis Laches? LAC. Audio equidem, sed
 quid dicat, nō satis intelligo. SOC. At ego mihi intelli
 gere uideor. Opinor. n. hunc sapientiā quandam, fortitu
 dinē dicere. LAC. Quā sapientiā Socrates? SOC. Nōne
 ab hoc istud queris? LAC. Certē. SOC. Age Nicia, huius
 declara, qualis sapientia secundū orationem tuā sit forti
 tudo, neque. n. tibiciniaria. NIC. Non. SOC. Neq̄ etiam
 tibiciniaria. NIC. Haud equidē. SOC. At verò quā nā
 tandē, & cuius rei scientia? LAC. Rectē admodū inter
 rogas illū, ò Socrates: ideoq̄ exponat quā sapientiā esse
 dicat. NIC. Scientiā metuendarū rerum, & non metue
 darū, tam in bello, quàm in ceteris oibus. LAC. Quām
 absurde hic, ò Socrates, loquitur. SOC. Quāobrem ita di
 cis Laches? LAC. Quia diuersa est à fortitudine sapientia.
 SOC. Non dicit Nicias. LAC. Non hercle, & ideo de
 lirat. SOC. Quin doceamus illū, omisiss conuictis. NIC.
 At cupit Laches is, ò Socrates, me tanquā nihil dicentē
 redargui, postquā ei haud ita pridem hoc ipm̄ accidit. LAC.
 Absq̄ dubio Nicia, idq̄ conabor ostendere. nihil. n. dicis.
 Nōne in morbis medici metuenda cognoscunt? an uidetur
 tibi fortes ista cognoscere? Vel tu medicos fortes uocas?
 NIC. Minime. LAC. Neq̄ agricultores, ut arbitror, li
 cet hi in agris colendis, quæ sint metuenda, cognoscant.
 quinetiā artifices alij, quæ audere decet, & quæ metue
 re suis in artibus sciūt, qui nihilo magis fortes sunt. SOC.
 Quid tibi dicere Laches uidetur, ò Nicia? Aliquid certē
 dicit, nō tamen uerū. SOC. Quare? NIC. Quoniā medi
 cos arbitratur ulterius quicquā nosse circa agrotos p̄ter id
 quod agrū noxiūq̄, uel quod sanū et salubre. Ipsi uerò hoc
 duntaxat intelligunt, utrū uerò extimescendum, ma
 lumq̄ alicui sit esse sanū potius, quàm agrotare, senses hoc,
 ò Laches, medicos intelligere? An non putas præstare nō
 nullis ex morbo nō cōualescere, quàm cōualescere? Dic. n.
 tūne asseris oibus præstare uti uiuant, nec multis condu
 cere mortem? LAC. Hoc equidem potius. NIC. Quibus
 mori præstat eadem metuenda, malaq̄ existimas, quæ et
 illis quibus uiuere? LAC. Nequaquam. NIC. Haurū uerò
 rerum iudicium medico tribuis? Vel alteri cuidam ar
 tifici præterquā metuenda et non metuenda intelligenti,
 quem ego fortem uoco? SOC. Aduertisne Laches, quid
 iste loquatur? LAC. Aduerto equidem quòd uates fortes
 nuncupat. Nā quis alius norit quibus mori præstat, quàm
 uiuere? Atqui, ò Nicia, utrum fateris uatem esse te,
 vel neq̄ uatem, neq̄ fortē? NIC. Nunquid uatis officii
 putas, quatenus cedendum, quatenus audendū sit, digno
 scere? LAC. Puto equidem: nam cuius sit præterea? NIC.
 Eius planē quē ipse dico, multo magis uir optimē. Quip
 pē ad uatem spectat solū futurorū portenta signaq̄, præno
 scere, siue mors cuiquā imminet, siue morbus, seu iactu
 ra rerū, vel victoria, vel clades in bello, aut alio quouis
 certamine. Quid aut̄ ex his cuiq̄, aut pati, aut nō pati
 præstat. cur uates potius, quàm quiuis alius iudicabit?
 LAC. Nescio quid iste sibi uelit Socrates. neq̄. n. uatē, ne
 que medicū, neq̄ aliū quemp̄iā declarat, quē fortē esse di
 cat, nisi fortē Deū quēdā esse ipsum dixerit. At mihi quidē
 uidetur Nicias ingenuē fateri nolle, se nihil dicere, sur
 sum

sum Verò deorsumq̄ fertur, & ignorantia suam abscondit. Enimverò, & nos paulò ante, ego scilicet ac tu Socrates, tergiversari similiter poteramus, si dissimulare voluisses, adco ut nò videremur nobis ipsis contraria loqui. Si igitur in iudicio nobis esset perorandum, deceret quodammodo hoc efficere. Nunc aut̄ quid opus est in hoc coetu frustra se verbis ornare? S O C. Nihil, ut mihi videtur, Laches. Sed videamus, ne fortè Nicias aliquid se dicere putet, neque verborum gratia hæc dicat. Quare ab ipso planius sciscitemur, quid sentiat: ac si quid veri afferre videtur, assentiemur, sin minus, docebimus. L A C. Ipse, si vis, interroga Socrates. Ego. n. satis percontatus sum. S O C. Nihil prohibet, Cõmunis enim & mihi & tibi erit interrogatio. L A C. Oñno quidem. S O C. Dic mihi, ò Nicia, imò dic nobis: nã & mihi & Lacheti questio hæc est cõis: fortitudinem esse dicis metuendorum & non metuendorum scientiam? N I C. Equidem. S O C. Hoc aut̄ dignoscere non cuiuslibet viri opus esse, postquã neque medicus, neque vates hoc sciet, neque fortis est, nisi hanc ipsam scientiã sit adeptus? An nò ita dicebas? N I C. Ita prorsus. S O C. Quare, ut proverbio dicitur, Nò sus hoc quiis norit, neque fortis erit. N I C. Non certè, ut mihi videtur. S O C. Cõstat utique Nicia, quod neque Crõmyoniã suam fortem fuisse credis. Neque iocandi gratia hæc dico, verũ arbitror eum qui ita loquitur, nullius bruti admittere fortitudinẽ, neq̄ concedere brutũ aliquod adco sapiẽs esse, ut quæ per pauci hoĩes propter difficultatem cognoscunt, ea leo, vel leopardus, vel aper aliquis novierit: sed necesse est illũ qui ita, ut tu fortitudinem definerit, dicere leonem, ceruum, taurũ ac simiam, ad fortitudinem æque oĩa natura esse instituta. L A C. Per deos rectè loqueris Socrates, idq̄ nobis, ò Nicia, reuera declara: virũ sapientiores nobis has feras esse dicas, quas oēs fortes esse fatemur: vel contra oĩum opinionem, fortes esse negare audeas. N I C. Equidẽ Laches, neque bruta fortia uoco, neque aliud quicquã ob inscitiam terribiliũ nihil formidans, intrepidumq̄ et fatũ. An pueros oēs fortes uocare me putas, qui ob inscitia nihil metuunt? Arbitror equidẽ intrepidum non idem esse ac forte. Nam fortitudinẽ & providentiã in paucis admodũ reperiri existimo: serocitate verò & audaciam metu carentem, omni absque providentiã, in multis & uiris, et mulieribus, puerisq̄, & feris. Quæ igitur, et tu, et alij multi fortia nò atis, ego ferocia nũcupo: fortia verò, quæ prudenter discernunt, quæ audacia & quæ metu sint digna. L A C. Vides, ò Socrates, quã belle hic vir, ut putat ipse, se uerbis ornat. Eos aut̄ fortitudinis munere privare contendit, quas alij oēs fortes esse cõsentiant. S O C. Ego uerò nequaquã, ò Laches, sed bono aĩo esto. Aio. n. te, et Lamachũ sapiẽtes esse, si fortes estis, & alios insuper multos Atheniensiu. L A C. Nihil aduersus hæc inferam, et̄ si quid ualeã, ne me reuera caluniatorem quendam maledicũ esse dicas, S O C. Ne dicas, ò Laches: haud. n. aduertisse uideris hũc à Damone amico nostro eiusmodi scientiã accepisse. Damon aut̄ Prodicus est admodũ studiosus. Prodicus verò praesophistis ceteris mirus in explicanda distinguendaq̄ nominum vi fertur. L A C. Profectò his studijs se extollere Socrates magis sophistã decet, quã virum publicis muneribus fungentẽ. S O C. Decet eũ Laches, qui res maximas gerit, maximam quoque habere prudentiam:

Proverbiũ.
Vide Plu-
tar. in The-
seo.

inquirendum Verò nunc censo ad quid potissimum significandum Nicias fortitudinis nomen instituit. L A C. Tu ipse perquire hæc Socrates. S O C. Efficiam vir optimè: ne tamen putes ex cõmuni te disputatione excludi, etiã tu mentẽ adhibe, & nobiscum dicenda considera. L A C. Estita, si ita agendũ videtur. S O C. Imò certè videtur. Tu aut̄ Nicia, dic nobis rursus ab initio. Scis. n. principio sermonis fortitudinem nos veluti quandam virtutis partẽ considerauisse? N I C. Equidem. S O C. Nõne & tu quod supra est inductũ, ut partem aliquam respondi, tanquam sint & partes alia, cuncta aut̄ virtutis nomine nũcupentur? N I C. Quidni? S O C. An tu easdem quæ ego partes nominas? Nam ego quidẽ præter fortitudinẽ, temperantiã, iustitiãq̄, & talia quadam nomino nũ tu quoque? N I C. Ego quoque. S O C. Attende iam, hæc. n. admittimus. De his aut̄ quæ metu digna terribiliaq̄ sunt, et de his quæ audacia digna sunt, deinceps cõsideremus, ne fortè tu alia esse putes, alia quoq̄ nos putemus. Quæ. n. nos dicimus, exponemus. Tu verò si dissentis, doce. Arbitramur terribilia esse, quæ metum incutiunt: audenda, quæ metum nullũ obijciunt. Metum verò inferunt non præterita mala, non præsentia, sed quæ expectantur. Metũ siquidem futuri malis expectationẽ uocamus. An non et tu idẽ sentis, ò Laches? L A C. Et maxime quidẽ Socrates. S O C. Audis, ò Nicia, terribilia metuendaq̄ futura mala nos dicere: audenda, futura bona, vel certè nò mala. Tũne ita de his, an aliter sentis? N I C. Ita certè. S O C. Horũ scientiã fortitudinem uocas? N I C. Prorsus. S O C. Videamus præterea utrũ et in hoc tertio nobiscũ sentias. N I C. Quid istud? S O C. Dicã equidẽ. Mihi sanè atq̄ huic uidetur, quorũcũq̄ scientia aliqua est, non aliã scientiam esse præteritorũ ut facta sunt, aliã præsentium, ut fiunt, aliã futurorũ, ut optimè fieri possint, sed eiusdẽ scientiæ opus esse hæc oĩa nosse. Quemadmodũ circa sanum, & salubre per omne tempus non alia scientia, una medicina excepta, prospicit quæ fiunt, quæ facta sunt, quæ fient, quo pacto fiant. et circa illa quæ terra nascuntur, agricultura se similiter habet, Quinetiã in bello vos ipsi testes eritis, rem militarẽ subtiliter, et alia omnia & futura prospicere. neq̄ enim subijci illam uaticinio uultis, sed præesse potius, ut potè acutius quã in bello fiunt, quæ uel futura sunt præudentem. Atqui et lex ita statuit, non uatem præfecto exercitus dominari, sed præfectum exercitus uati præesse. Afferemus hæc ò Laches? L A C. Afferemus. S O C. An tu nobis consentis, ò Nicia, ad eandem scientiam pertinere, eadem ut præterita, ut præsentia, ut futura sunt cognoscere? N I C. Equidem: nã ita mihi videtur, ò Socrates. S O C. Nõne vir optimè, fortitudo scientia est metuendorum contrariumq̄, ut ipse prædicat? N I C. Est utiq̄. S O C. Cõstitit aut̄ ea quæ metumimus, futura mala, quæ uerò audemus, futura bona esse. N I C. Planè. S O C. Eadem uerò scientia est earundem rerum præteritarum, præsentiumq̄ & futurarum. N I C. Vera hæc sunt. S O C. Non solum igitur metuendorum, contrariorũq̄ fortitudo scientia est, neq̄. n. futura dũ taxat bona malaue intelligit, uerum etiã præsentia præteritaq̄, & oĩa simpliciter, ut alia scientia prospicit. N I C. Ita videtur. S O C. Partẽ itaq̄ tertiã fortitudinis nobis Nicia respondi, quanquã nos quid uniuersa fortitudo sit, interrogauimus. Enimverò. ut videtur in præsentia, secũdũ

orationem

orationem tuam, nō modo metuendorū contrariorūq; fortitudo scientia est, sed bonorum oīum atq; malorum, omnīq; simpliciter quomodolibet sese habētium. Sicne modo. an aliter iudicas Nicia? N. I. C. Ita mihi videtur, o Socrates. S. O. C. Putas, o beate Vir, huic aliquā deesse uirtutē, qui norit bona omnia prorsus, ut afflicta sunt, suntq; et fient, malāue similiter? Eumq; Virū indigere temperantia, et iustitia putas sanctitateue, cui soli competit, ut tā diuina, quā humana bona, & mala prudenter intelligat, deuitet hęc, apprehendat illa, quiq; recte cum omnibus viuere norit? N. I. C. Vera loqui uideris, o Socrates. S. O. C. Quod ergo abs te inductum est. Nicia, non pars uirtutis, sed uniuersa uirtus est. N. I. C. Apparet. S. O. C. Veruntamen fortitudinem diximus partem aliquam esse uirtutis. N. I. C. Diximus plane. S. O. C. Quod uero nunc dicitur, nō apparet. N. I. C. Nō. S. O. C. Nō ergo inuenimus Nicia, quid ipsa sit fortitudo. N. I. C. Nō uidemur. L. A. C. At qui rebar, o amice Nicia, inuenturū te, postquā me Socrates respondente despiciebas. Ideoq; sperabam te ex Damonis sapientia hac nobis declaraturū. N. I. C. Belle facis, o Laches, qui fortiter contēnis, quod rudis disputationis huius sis: solū uero id curas, utrū ego quoq; talis uidear, neq; quicquā interesse censes, modo rerū illarū nihil uterq; intelligamus, quas scire quisque debet, qui esse aliquis uult. Uideris ergo reuera humanū quiddā pati, quod non in te ipsum, sed in alios respicias. Ego autē arbitror a me de his rebus esse tolerabiliter dictū. Si quid uero minus est, post hac tū Damon ipso corrigā, quem tu quum nunquā uideris, existimas deridendū: hęc porro cū alijs, ubi solide affectus fuero, etiam te citra inuidiam docebo. Nam hac maxime indigere disciplina uideris. L. A. C. Sapiens quidem es, o Nicia, uerū tamen Lysimacho huic, & Melesia cōsulo, ut studium meū ac tuum circa filiorū eruditionē non exigant, sed Socratem hunc, quemadmodum principio dixi, ne negligant. Ego quoq; si mihi adulti essent filij, idem fecissem. N. I. C. Enim uero & ipse censeo, si modo uelit Socrates curam adolescentum suscipere, aliu neminē esse querēdum. Nempe Niceratum huic libentissimē cōmendarem, si ipse acciperet. Verū quoties de hoc uerba ei facio, alios quosdā ostēdit, ipse recusat. Experire ergo Lysimache, nū Socrates tibi magis obtemperet. L. Y. S. Par est, o Nicia: quandoquidē & ipse multa uicissim in eū cōferre paratus sim, quā alijs non multis sane facerem. Quid ais, o Socrates? Morē me geres, curabisq; ut optimi adolescentē enadant? S. O. C. Durū certe id esset Lysimache, si quis eiusmodi curā reueneret. Quapropter si ego in superiori disputatione sapiēs apparuissem, si autē in scij, merito ad opus hoc ipse precipue uocandus essem. Cū uero in eadem dubitatione hęcāmus, quis nostrū potius eligatur? Mihi quidē nullus precipue eligendus esse uidetur. Ceterum cū ita hęc se habeant, uidete num recte nobis consulam. Oportere, o Viri, existimo, (nam nihil horū efferrī uolo) in cōe omnes inuicem querere, primum quidem nobis ipsi optimum preceptorem, egeremus. n. deinde adolescentibus, neq; pecunijs, neq; illis alijs rebus parcentes. Ita uero uiuere, ut nunc uiuimus, & filios ita curare, non consulo. Si quis autē nos irriserit, quod tam grandes natu preceptoris ludum ingredi statuamus. Homeri illud obijciendum. Aut enim viro egeno uerecundiam nihil conducero. Quamobrem fretis omnibus de tractorum uerbis, cō

munem nostri adolescentumq; curam suscipiamus. L. Y. S. Placent mihi quā dicit Socrates, statuoq; quo senior sum, eo studiosius unā cum adolescentibus discere. Sed heus tu. Cras prima luce domum uenito, ac ne negligito, ut de his rebus consilium ineamus. Nam hodiernus iam soluendus est cœru. S. O. C. Efficiam quod iubet Lysimache: & si Deus uoluerit, cras ad te ueniam.

CLITIPHO PLATONIS, VEL, EXHORTATORIUS. DIMIDIATI DIALOGI PERSONAE, SOCRATES. CLITIPHO.



UPER mihi retulit quidam, Clitiphonem Aristonymi filium loquēte cum Lysia, Socrates quidem consuetudinem ut superare, Thrasymachi uero laudare magnopere solitū. CLIT. Quis quis ille, o Socrates, fuerit, haud recte narrauit, quā de te cum Lysia sum locutus. Nam in quibusdam laudauit te, in quibusdā minime. Postquā uero succenses mihi, quāquā dissimulas, quasi nihil id cures, libentissimē ego ipse tibi illa referam, praesertim cū soli simus, ne adeo te despici putes. Fortē. n. nunc non recte audisti, quocirca infensor mihi redditus es, quā debeat. At si ipse mihi ueniā dederis, animaduertensq; libentissimē rem tibi narrabo. S. O. C. At turpe nimium esset, si te prodesse mihi uolentem non tolerē. Constat. n. ubi intellexero quā malus, quā bonus sim, de teriora declinatū esse pro uiribus, meliora profecturū. CLIT. Audi igitur. Equidē tecū uersatus, saepenumero Socrates uehementer obstupui, dum te loquentem audirem, mihiq; uisus es praeclarissimē oīum dicere, quoties oburgans homines ueluti ē machina tragica Deus subito exclamare. Quoniam ruitis homines? Nescitis quō feramini, neq; opportunum quicquā agitis, qui oī studio pecunijs cumulādis incūbitis: filios autem quibus eas relicturi estis, negligitis, neq; ut illis iuste uti sciant, eos iustitia preceptoribus commendatis, qui doceant iusticiam, si doceri pōt. & si exercitatione ac consuetudine comparanda est, diligenter exerceant. Neq; vos etiam ipsos curastis unquā. Sed cum uideatis literas, musicam et gymnasticā uos filiosq; uestros ad sufficientiā consecutos, quā uirtutis disciplinā perfectā existimatis, deinde nihilominus circa pecunias prauos esse, cur nō presentē educationē contēnitū? cur nō queritis aliquos, qui nos ab hac in musica dissonātia liberent? Et. n. propter hoc delictum secordiāq; magis, q̄ propter pedis ad lyrā dissonā motionē, et frater aduersus fratrem, & ciuitas aduersus alias ciuitates immoderata et discordi seditione suborta feruntur, et cōmisso praelio extrema patiuntur et inferunt. Vos autē dicitis, nō propter ruditatem inscitiamq; sed spēre iniustos esse eos, qui sunt iniusti. Rursusq; asserere non dubitatis, iniustitiā turpe esse rē, Deoq; aduersam. Quā igitur ob causam hoc tantū malū quis eligit? Rēspōdetis, hōem superatū uoluptatibus id subire. Nōne superari praeter uoluntatem est, quando quidem ex uoluntate est superare? Quapropter iniuste agere, praeter uoluntatē esse ubiq; dicitur. Diligentiorē itaq;

Occasio dialogi huius. reliqua desiderantur.

Prouerbiū.

Homeri diēti, viro egeno uerecundiam non conferre.